

**3662** fragmentum repertum anno 1783 ut videtur extra Tibur nella chiesa del monastero di S. Angelo in Piavola CABR. Nunc Romae in museo Vaticano (*Gall. lap. suppl. mag. II*).

I V S T V S ·  
 iiii uir i V R · D I C ·  
 V M · V E T V S T A T E ·  
 pecunia puBLIC · REFICIVNDA ·

Descripsit Henzen. Cabral et del Re *appendice* p. 8.

**3663** cippus lapidis Tiburtini. Tibure rep. d. 24 Sept. 1852 presso la chiesa di S. Andrea XXXX passibus ab eo loco unde prodierunt n. 3553. 3614 VIOLA. Extat prope ecclesiam S. Andreae nel cortile della sagrestia.

M · L V R I O · M · F · P A L A T  
 L V C R E T I A N O ·  
 P A T R O N O · M V N I C I P I ·  
 T I B V R T E S · M V N I C I P E S ·  
 5 A E R E · C O L L A T O · Q V O D ·  
 H O N O R E · S I B I · Q V I N Q V E N  
 N A L I T A T I S · O B L A T O · X X · P A R I A ·  
 G L A D I A T O R V M · E T · V E N A T I O N  
 S V A · P E C V N I A · E D I D E R I T ·  
 10 · L · D · S · C ·

in latere intuentibus sinistro:

DEDICATA  
 VIII · KAL · AVGVST 24 Jul. 184  
 L · EGGIO · MARVLLLO  
 CN · PAPIRIO AELIANO COS

Descripsi. Stan. Viola *bull. dell' Inst.* 1852 p. 153 (inde Henzen syll. n. 6151). Bruzza *regesto della chiesa di Tivoli* p. 116.

**3664** tabula lapidis Tiburtini longior METELL., quadro di tivertino LIG., lastra in travertino l(arga) p(almi) 5, lunga p(almi) 5, grossa tre quarti VAT. 9127, cum punctis grandibus et quadratis ACCVRSIVS. Post Tiburtinas dant CYRIACI cod. Vat. et Mare. (s. l. dat Petrus Donatus). Tibure in ecclesia S. Silvestri ANTIQ. (Ham., apud S. Silvestrum RED.), in aede S. Silvestri IVC. cum plerisque; in pavimento, addit ACC.; in S. Silvestro per scalino del suo ingresso e pavimento LIGOR. In aede divi Silvestri iuxta portam scuram LEONC. In S. Silvestro in lapide avulso ex aedibus portae obscurae [significantur rudera in quibus extitit n. 3667] SIEDER. In S. Silvestro extractum e loco quem la botegha oscura ibidem vocant SMET. In S. Silvestro, levato dalla villa di Augusto [significantur eadem rudera] OTTOB.; tavola di pietra tiburtina, la quale stava in una delle cataratte, donde la strada per disotto alla Villa [di Mecenate] prendeva il lume, la qual tavola cadde e fu portata nella chiesa di San Silvestro, non lunge da detta villa, e fino ai tempi nostri vi è stata, e veduta ANT. DEL RE (ed.). Simile quid de loco antiquo huius tabulae videtur audivisse et in commentarios rettulisse CYRIACVS, siquidem Cyriacorum expilatores antiquissimi Marcanova (Bern. 645, Mut. 100) et Felicianus ille habet: 'Tiburti apud scaenam et nunc ad aedem Silvestri', hic 'Tiburtina via apud scaenam et nunc ad aedem Silvestri'; nam rudera illa videntur a Cyriaco dicta esse 'scaena', ut apparet ex indicatione loci ad n. 3667 (potest huic appellationi ansam dedisse huius ipsius inscriptionis n. 3664 v. 4). Ego huic famae tam constanter repetitae non multum auctoritatis tribuerim; nam sine dubio non tunc, cum primum a Cyriaco descripta est, haec inscriptio nuper collocata erat eo loco, ubi omnes auctores eam viderunt, in pavimento ecclesiae S. Silvestri, sed ibi iam extabat non parvum spatium temporis, collocata ibi medio aevo, ita ut certa de origine huius inscriptionis ne Cyriacus quidem explorare potuerit. Potuit fama illa oriri ex ipsa vicinitate rudera illorum, vel etiam quod in illis extabant tabulae huius nostrae non ita dissimiles n. 3667. 3668, denique ex aliis quibuscumque causis. — Romae IVC. (Ver. 55, Magl. 172). Romae in domo Francisci de Sclavo MAZ. f. 60, in arcu prope aedem S. Salvatoris de curtibus MAZ. f. 158. — Cessisse museo Vaticano errore referunt Sebastiani p. 154 et Canina *edifizj* vol. V p. 118 not. 23.

C · L V T T I V S · L · F · A V L I A N · Q · P L A V S V R N I V S · C · F · V A R V S ·  
 L · V E N T I L I V S · L · F · B A S S V S · C · O C T A V I V S · C · F · G R A E C H I N ·  
 III · V I R ·  
 P O R T I C V S · P · C C L X · E X · E X S E D R A M · E T · P R O N A O N  
 5 E T · P O R T I C V M · P O N E · S C A E N A M · L O N G · P · C X L  
 S · C · F · C

Primus videtur descripsisse Cyriacus, est enim apud Petrum Donatum f. 80' et in codicibus Cyriacanis Marcan. XIV 124 f. 167' et Vat. 6875 f. 95. A Cyriaco pendent Marcanova Bern. 645, Mut. f. 100' et diverse Bern. 165, Mut. f. 65'; Felicianus Ver. f. 154; Ferrarinus Trai. f. 87, Par. f. 91. 127', Reg. f. 6'. 14. 125'; Iucundus Ver. f. 55, Magl. f. 172; codex Olivae f. 27'; Lilius Helmst. f. 114; Mazochi f. 65, praeterea f. 158 solos vv. 3—6 adiunctos ad verba *d. n. impp. caes. fl.* petita ut videtur ex titulo huius Corp. vol. VI n. 1175. Ex lapide Antiquus n. 9 (Hamilt. f. 62'), ex quo pendet etiam codex Redianus f. 124'; Iucundus Ver. f. 130, Magl. f. 107; Sieder ms. f. 74' (inde pendent Rambertus Pat. f. 139'; Alciatus cod. Feae f. 63; item inde potius quam ex Iucundo Apianus 188, 1); Brunelleschi f. 68'; Accursius ms. f. 3; is a quo pendent Leoncini ms. f. 4 et Mancini apud Metellum f. 345' et apud Pighium f. 3 (ex Mancinianis Manutius Vat. 5237 f. 422); Metellus Vat. 6038 f. 145'; Pighius Berol. f. 126; Morillon Amst. f. 38, cui nominatim acceptam refert Smetius non in ms. Neap. p. 9 sed in ed. 6, 14 (e Smetio ms. Manutius orth. 703, 5 et Panvinus Vat. 6035 f. 130; ex Smetii ed. adsumptis Apiano et Ursini schedis Grut. 172, 3); cod. Ottobon. 2970 f. 19; Ligorius Taur. vol. 20 f. 28'. Antonius del Re ed. p. 112 sumpsit, ut ipse dicit, ex Manutio, sed hic illic immutans (ex Ant. del Re Marzi I p. 141, II p. 148), idem autem ut puto postea vidit, nam schedula nunc inserta Marinianis cod. Vat. 9127 f. 266, in qua legitur haec inscriptio ita fere ut ille eam edidit, sed adscriptis mensuris, mihi videtur esse ablata ex volumine illius nunc Barberiniano. Post Antonium del Re nemo vidit. A prioribus Orelli 3283.

Variam lectionem adposui Antiqui (Hamilt.) Iucundi Siederi Brunelleschii Accursii Leoncini Metelli Pighii Morillonii Smetii Ligorii. — 1 LVTIVS Brun. Sieder, LVCTIVS Smet. — AVLIANVS Morill. (non Smet.) — PLAVSVRNIVS Antiquus Sieder Brunell. Accurs. Leone. Lig., P·L·AVSVRNIVS Pigh., PIAVSVRNIVS Iuc., PLAVSVRNIVS Morill., PLAVSVRIVS Smet., PLAVSVRNIVS Metell. — Cognomina litteris minoribus scripta dant Metellus et Accursius et ex parte etiam Sieder et Pighius. — 2 C·F (pro L·F) Morill. Smetius. — Q·OCTAVIVS Smet., C·OCTACILIVS Antiq. (Ham., non Red.). — 4 CCLX] hanc formam litterae L dedi ex Metello. — EXEDRAM Brun. Leone. Lig. — 5 LONG] LON Morill. — 6 om. Brun. — Cyriacani auctores paene omnes menda complura communia habent, nempe v. 4 Q praenomen omittunt (MOX P·LAVSVRNIVS pro PLAVSVRNIVS), deinde VARRVS pro VARVS, v. 4 EXEDRAM (pro EXSEDRAM); solus Petrus Donatus ab illis mendis immunis est, eorum loco complures habet errores proprios.

Ex his quattuorviris Luttius et Plausurnius videntur fuisse iure dicundo, Ventilii et Octavius aedilicia potestate. — Luttios complures, Lucios omnes, ut huius Luttii Auliani pater, habebimus infra n. 3702/3. — Plausurnius nomen est in titulo huius Corp. vol. VI n. 10387, item in titulis citatis ad huius Corp. VI n. 13754. — 2 Ventilii alicuius titulus sepulchralis infra suo loco edetur. C. Octavium C. f. Graecinum tribunum militum habuimus supra n. 3629; praeterea C. Octavius C. f. aliquis est in titulo infra (p. 424) edito. — Cognomina scripta litteris minoribus, puncta, teste Accursio, grandia et quadrata, notae numeralis L forma vetustior (v. 4), exhedrae vocabuli scriptura antiquior, denique id ipsum quod tabula erat ex lapide indigena, non ex marmore, hanc inscriptionem aetati ut puto adtribuunt fere Ciceronianae.



Supra significavi mihi de antiquo loco huius inscriptionis nihil certi videri statui posse. Longe aliter Canina. Is enim non solum pro certo habuit inscriptionem extitisse in rudibus illis quae vulgo habentur pro villa Maecenatis quae ipse aedi Herculis adtribuit, sed etiam singula aedificia vel aedificiorum partes in inscriptione vv. 4. 5 nominatas in rudibus illis agnovit. Si deve riconoscere, ait (*gli edifizj di Roma antica* vol. V p. 118), per la prima opera (nempe porticus pedum ducentorum sexaginta) in essa indicata, quel lato degli stessi portici che trovati corrispondere verso l'Aniene, ... perciocché si trova con poca varietà essersi esteso in lunghezza nella misura prescritta [!] di piedi duecentosessanta. ... Quindi nell'essedra, annoverata di seguito, si deve riconoscervi quella gradinata disposta in semicircolo a guisa di teatro . . . . . Concordemente alla stessa appropriazione si trova corrispondere il pronao, di seguito annoverato, in quella parte media dell'edifizio, di cui sussistono reliquie sovrastanti alla stessa essedra e costrutte colla stessa opera impiegata nelle altre parti; perciocché si trova avere precisamente costituito un portico distinto avanti al tempio, benché collocato a ragguardevole distanza. . . . In fine nel portico lungo piedi centoquaranta posto dietro la scena . . . deve riconoscere quello che precisamente in tale estensione si è potuto determinare avere esistito nella parte inferiore media dell'edifizio e dopo quella parte piana posta avanti alla suddetta essedra semicircolare, che figurava come la scena dei teatri. Inde etiam in tabula, qua formam rudum illorum proposuit (*edifizj* vol. VI tab. CXXVI) alio loco adscripsit 'Portico lungo piedi CCLX', alio 'prnao', alio 'essedra', alio denique 'portico dietro la scena lungo p. CXL'. Qui Caninae volumina norunt, hanc inscriptionis cum rudibus extantibus concordiam summa cum diffidentia accipiendam esse mihi concedent.

Grande porticum opus cum quattuorviri Tiburtini dedicarent, more solito in titulo quem de hac re lapidi inciderunt etiam praecipuas operis partes separatim notaverunt vel certe significaverunt. Et de exedris in porticibus constitutis cf. Vitruv. 5, 11, 2. Pronaos et ipse porticus est fronti aedis sacrae adplicita. Quod porticus minor pedum centum quadraginta (sine dubio porticibus illis maioribus adhaerens) extendere se dicitur pone scaenam, id convenit cum praecepto Vitruvii 5, 9, 1 post scaenam porticus esse constituendas, ubi cum imbres repentini ludos interpellaverint, habeat populus quo se recipiat ex theatro choragiaeque laxamentum habeant ad comparandum; uti sunt porticus Pompeianae e. q. s.; Pompeiis autem hodie quoque pone scaenam theatri extat magna porticus quattuor laterum (vulgo pro ludo gladiatorio habita); cf. Nissen *Pompej. Studien* p. 259, qui primus porticum illam Pompeianam ad vicinum theatrum pertinere agnovit.

3665 cippus marmoreus altus m. 1,60. Extat propter viam qua nunc iter faciunt Tibure Vicovarum, MM p. fere a Vicovaro, Tibure venientibus a sinistra. Prodiit anno 1821 teste NIBBYO qui addit inventum esse prope turrim q. d. Saccomuro et eodem loco erectum. Sed ea turris distat ab eo loco, quo nunc inscriptio collocata est et quo eam etiam Nibby sine dubio vidit, paene mille passibus.

C · MAENIO · C · F · CAM  
BASSO  
AEDILI · IIII · VIRO · MAG  
HERCVLANEO · ET · AVGVSTALI  
5 PRAEFECTO · FABRVM  
M · SILANI · M · F · SEXTO  
CARTHAGINIS  
TR · MIL · LEG · III · AVGVSTAE  
QVINQVENNAII

Recognovi. Amati ms. Vat. et *giornale arcad.* 28 (1825) p. 345, cui dederunt Thiersch et Poletti; Nibby *memorie romane* 4 (1827) p. 16 (inde pendet Promis *Alba Fuc.* p. 45), *analisi* 3 p. 48; Sebastiani p. 376; Kellermann *vig. n.* 257 a Kramerio; Cardinali *dipl.* n. 582; St. Viola *decennio* p. 183; Gori *viaggio a Tivoli e Subiaco* 2 p. 21; Petrus Rosa descripsit Henzeno. Orelli 3434.

1 MAENIO] M licet partim effracta tamen certa est; non recte Nibby NAENIO. — 6 de hoc M. Silano consule a. p. C. 19 cf. Mommsen *Eph. epigr.* 1 p. 61. Africae proconsulem eum fuisse extremis Tiberii primisque Gaii temporibus notum erat ex Tacito *hist.* 4, 48; per annos non minus sex eum hoc munere functum esse hic titulus docet; cf. Borghesi *opp.* 5 p. 208. 217.

3666 litteris pedalibus GRVT. 1080. Tibure 'in torre del conte antiquo aedificio' ACCVRS., in Comitum curia NIC.; in porta antiqua in vicinia collis LEONC.; ad veterem portam MORILL., extra portam LIG. (Taur.); in via quadam, porta qua Romam itur, in angulari cuiusdam veteris aedificii reticulati lapide quadrato, prope antiquissimae cuiusdam portae apertissimas ruinas MET.; affisso nella via del colle in un antico edificio chiamato Corte de' Conti MARZI I.; nella via Romana del Colle, detta Corte de' Conti, negli granari di Girolama, figlia del dottor Hipolito Tobaldi e moglie di Gio. Maria Cocanari nobili Tiburtini MARZI II.; Tibure quondam in muro antiquo, nunc domus privatae SIRM.; in casa di M. Horatio Gentili a Tivoli OTT.; omnes eundem ut videtur locum significantes. — Exemplum recens pictum postea extabat Tibure sotto una gran volta antica, spettante alla famiglia de' sig. Petrucci, eodem fere loco quo fuerat archetypum CABR.

L · NONIVS · L · F · PANSA  
TVL · TVLLIVS · TVL · F  
C · MANNIVS · C · F  
L · MAGILIVS · L · F · ITERVM  
IIII · VIR · D · S · S · F · C

Accursius ms. f. 2; Leoncini ms. f. 4; Anonymus in cod. Senensi C III 27 f. 81; Mancini apud Pighium f. 4' (ex Leoncinianis vel Mancinianis puto Ligorius Neap. lib. 39 et Manutius Vat. 5237 f. 423, sed neglegenter); Metellus Vat. 6039 f. 340'; Pighius apud Gruterum 1080, 5 ('e Pighianis'; a nostris Pighianis abest); Morillon cod. Amst. f. 38'; Ligorius Taur. vol. 20 f. 28; Ottobonianus 2970 f. 19' et ex eodem fonte Marzi I p. 53, II p. 119; Nicodemus p. 85 (l. 4 c. 3); Sirmondus ms. Paris. suppl. Lat. 4418, 43 (a Sirmondo Grut. 1078, 43). Ex Marzio et Grutero Vulpi Lat. 10 p. 105. Pictam viderunt Cabral et del Re p. 46. Est huius Corp. vol. I n. 1121.

In verbis sicut ea supra exhibui consentiunt, fere Accursius Leoncinianus Mancinius Metellus Pighius (ap. Grut.) Ligorius (Taur.) Ottobonianus (cum Marzio) Sirmondus, nisi quod v. 1 in L in lacuna omittit Metellus, 2 TVLLIVS (pro TVLLIVS) habet Leone., 3 MANNIVS (pro MANNIVS) Acc., 4 MACILIVS Pigh. (vel certe Grut.), ITERVM vocabulum om. Sirmondus. Verba IIII · VIR · D · S · S · F · C plerique e regione vv. 2. 3 collocant ita ut supra; nonnulli, ut Ligorius (Taur.), ea magis ad v. 2 trahunt, alii (ut Mancinius et Sirmondus apud Gruterum, non in ms. Paris.) coniungunt cum v. 2; Ottobonianus autem cum Marzio intrusis eis verbis inter v. 2 et 3 totam inscriptionem confundit.

Ut in n. 3664, ita hic quoque sine dubio duo qui priore loco nominantur quattuorviri fuerunt iure dicundo, reliqui duo aedilicia potestate. Quod L. Magilius aedilitate iterum functus est, minime offendit. Tegula inscripta L. Noni Tib. quae dicitur prodiisse Tibure cum Anio deduceretur, infra edita est. — 2 Tullus Tullius Tulli f. est etiam infra n. 3685, ubi appellatur censor.

Hanc inscriptionem Canina (*edifizj* vol. V p. 122 not. 32 cum vol. VI tab. 431) putat pertinuisse ad antiquam portam civitatis Tiburtinae, non meliore puto iure quam quo n. 3664 rettulit ad porticus templi Herculis; certe non satis ea opinio eo firmatur quod re vera haec inscriptio saeculo XVI extabat in muro domus prope portam.



XXX. TIBVR (p. 365).

ad p. 372. Mauri Sarti monachi Camaldulensis, cuius apographa inscriptionum Tiburtinarum non noveram nisi per Marinium et Sanclementium (cf. ad n. 3613), schedae autographae extant in bibliotheca Berolinensi (lib. pict. A 61t). Insunt inscriptiones n. 3544. 3557. 3558. 3572. 3596. 3613. 3635. 3686. 3713. 3734. 3793. 4076 pleraeque descriptae a Sarto in aedibus Boschi.

ad n. 3572. Extabat cum vidit Maurus Sarti (cf. supra), 'in vinea Benedicti Boschi ad 4 mil. pass. infra Tibur versus agrum Romanum citra Anienem'.

ad n. 3581. Integram exhibet E. Q. Viscontius cod. Par. 9697 f. 157a: FORTVNAE AVGVSTAE | SEX · AVFIDIANVS · SEX · F · ARN | CELER · PRAEF · FABRVM | III VIR AEDILIS · III · VIR | IVR · DIC · III · QVINQ | QVAESTOR · III cet. Abrasum esse versum post primum Viscontius non adnotavit; videturque Amatius in ea re erravisse. Ceterum cum Viscontius exhibeat sine ulla loci indicatione, valde dubitare coepi, num verum sit quod Amatius perhibuit de origine Tiburtina. Tribus Arniensis magis videtur indicare unam ex civitatibus Etruriae suburbanae.

ad n. 3645. Maurus Sarti vidit Romae 'apud Blasii [?] lapidicidam' (una cum urbanis vol. VI, 678. 9010 al.).

ad n. 3664. V. 4 pro EX · EXSEDRAM SCRIBE ET · EXSEDRAM.

ad n. 3679. Iidem quattuorviri nominantur in inscriptione recens reperta n. 4256, unde apparet L. Alfenatio cognomen fuisse Prisco.

ad n. 3683. Edidit etiam Aug. v. Kotzebue *Erinnerungen von einer Reise nach Rom* vol. III (1805) p. 94 neglegenter descriptam; v. 2 fin. habet ME (pro MI); reliquos eius errores enumerare nil attinet.

ad n. 3692. Consules sunt anni p. C. 143 (non 124).

ad n. 3793. Etiam Maurus Sarti in schedis Berol. v. 4 exhibet SECVRITA sine lacunae nota, item vv. 4—5 AE contignatas, v. 5 fin. SEVI.

4234—4267 anno 1886 et ineunte anno 1887 repertus est inter rudera dicta vulgo villae Maecenatis, effossionibus, institutis a sociis appellatis *delle forze idrauliche*, ingens numerus inscriptionum publice a Tiburtinis positarum (item inscriptionis olim notae n. 4235 fragmentum novum). Edidit eas Gatti in actis Fiorellii *notizie degli scavi* 1887 p. 28—33. Praeterea de eisdem effossionibus egit Borsarius *notizie* l. c. p. 25 seq. — Ea quae supra p. 366 seq. de re publica Tiburtinorum exposui, novis his inscriptionibus repertis confirmantur in universum; novum est collegium aediuorum Herculis memoratum in inscriptione n. 4257.

4234 parvus cippus marmoreus.

M · CAERELLIVS  
IAZEMIS · Q · Q ·  
PISTORVM · III ·  
ET · PERP · ET ·  
urceus 5 CODICARIVS · ITEM      patera  
MERCATOR  
FRUMENTARIVS  
INVICTO  
HERCVLI  
10 EX VOTO · D · D ·

Descripsit Gatti. *Notizie degli scavi* 1887 p. 150.

Homo Ostiensis, ut apparet ex honoribus, quos sibi adscribi voluit (alterum M. Caerellium Ostiensem habemus n. 70) Herculi Tiburtino

votum solvit. — 2 Iazemis cognomen oriundum ut videtur ex Syria; Iazemus aliquis est, ut monuit Gattius, huius Corp. vol. VI n. 6476. — 4 vide ne punctum inter PERP et ET sit delendum.

4235

liberalitates · PVL  
imp. caes. I · RAIANI · HADRIANI augusti pont. max  
trib. pot. X · COS · III · P · P · IMP · II  
ergo A · PROVINCIAM HISPANIAM BAETICAM  
III · ID · AVG · Q · A · QUILIO NIGRO M · REBILO APRONIANO · COS · IN · A      a. 117  
III · K · IAN · I · TULLIO LUPERCO P · CALPURNIO · ATILIANO · COS      a. 135

Fragmentum maius a me ipso descriptum qui ediderint vide supra n. 3577. Minus nuper repertum descripsit Gatti ediditque *notizie degli scavi* 1887 p. 32 p.

Agitur, ut dixi ad n. 3577, de liberalitatibus ab Hadriano imperatore in provinciam Hispaniam Baeticam, ex qua ipse oriundus, conlatis, verum non solum ab eo anno, sed inde ab eo ipso die quo imperium susceperat — diem enim III iduum Augustarum natalem imperii celebrari voluit Hadrianus (vita c. 4) — usque ad diem IIII vel XIII kalendarum Ianuariarum (d. 29 vel 19 Dec.) anni 135, quo die hic titulus scriptus esse potest; vicesimam enim tribuniciam potestatem Hadrianus iniiit non kalendis Ianuariis anni 136, sed die IIII id. Decembres anni praecedentis (cf. Mommsen *Staatsrecht* 2 p. 777). — 1 fin. praeter supplementum quod sponte se praebet *pub[lice]* vel *pub[licae]* cogitari potest etiam de *pue[r]is puellisque*, ut significetur institutio alimentaria.

4236 fragmentum cippi.

caesar

Descripsit Gatti ediditque *notizie degli scavi* 1887 p. 32 s.

4237 basis marmorea.

M · ACILIO · M · F · GAL ·  
GLABRIONI  
CN · CORNELIO · SEVERO  
COS ·

5 PONTIFICI · III · VIR · A · A · A · F · F ·  
VI · VIR · TVRM · EQVIT · ROMAN ·  
TRIB · MIL · LEG · XV · APOLLINARIS  
SALIO · COLLINO · LEG · PROV ·  
CRETAE · CYRENAR · LEG · PROV ·  
10 AFRICAE · QVAEST · IMP · CAESAR  
T · AELI HADRIANI ANTONINI · AVG · PI  
prae AETORI · LEG · ASIAE · S · P · Q · TIBVRS  
padre ONO · MVNICIPI Q · Q · DESIGNATO

Recognovit Gatti. Ad ectypum missum a Bulgarinio edita est *Notizie degli scavi* 1886 p. 277. Misit etiam Rossius.

Est consul ordinarius a. 152 cuius plenum nomen et honores hic primum titulus patefecit. Filius sine dubio consulis ordinarii a. 124. Ceterum idem occurrit in inscriptione supra edita n. 2484 cf. add. p. 492.